

XXII. — *Dantur habitus operativi a potentia quam afficiunt eiusque operatione reipsa distincti. Sunt autem capaces habituum, primo quidem intellectus et voluntas, dein vero vires inferiores ut natae sunt obedire rationi* Pag. 670

XXIII. — *Habitus naturaliter adquiruntur et augentur in potentiis ex frequentatione actuum ipsarum. Hoc porro augmentum dupliciter contingit, nimirum vel ex parte obiecti in quod habitus agit, vel secundum intensionem ipsius in potentia . . .* 673

DISPUTATIONES
METAPHYSICAE
SPECIALIS

DISPUTATIONES
METAPHYSICAE
SPECIALIS

A P. SANCTO SCHIFFINI SOC. JESU
ROMAE IN PONTIFICIA UNIVERSITATE GREGORIANA
PHILOS. ET THEOL. SCHOL. PROF. ORD. RESOLUTAE

VOL. II.

COMPLECTENS QVAESTIONES THEOLOGIAE NATURALIS



AUGUSTAE TAURINORUM
EX TYPOGRAPHIA JULII SPEIRANI ET FILIORUM

MDCCCLXXXVIII

PENES AUCTOREM IURIBUS A LEGE SANCITIS

GILIO SPIRANI E FIGLI, via S. Franc. d'Assisi, 11, e via Bertola, 54 —
Libreria E. LOESCHER di C. CLAUSEN, via di Po, 19, Torino. — F. ME-
LANDRI, Libreria di Propaganda, Roma. — FF. BOCCA, via Carlo Alberto,
3, Torino; via del Corso, 216-217, Roma; via Cerretani, 8, Firenze. —
S. BARBIERI, strada Trinità Maggiore, 47, Napoli. — P. LETHIELEUX,
rue Cassette, 4, Paris. — B. HERDER à Fribourg (Bado); Munich (Bavière);
Strasbourg (Alsace-Lorraine); Vienne (Autriche); S. Louis, Mo. (États-
Unis), 17, South Broadway. — P. DESBARAX, rue de Namur, 26, Louvain.

EPISTOLA EXHORTATORIA

B. THOMAE

DE MODO SALUBRITER ADQUIRENDI SCIENTIAM

(Opusc. 61. *al.* 68.)

Quia quaesisti a me, carissime in Christo Io-
annes, qualiter te studere oporteat in thesauro
scientiae acquirendae; tale a me tibi super hoc
traditur consilium, ut per rivulos non statim in
mare eligas introire, quia per faciliora ad diffi-
ciliora oportet devenire. Haec est ergo monitio mea
et instructio tua. Tardiloquum te esse iubeo, et
tarde ad locutorium ascendentem: conscientiae pu-
ritatem amplectere, orationi vacare non desinas,
cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinarium
introduci. Omnibus te amabilem exhibe: nihil
quaere penitus de factis aliorum: nemini te mul-
tum familiarem ostendas, quia nimia familiaritas
parit contemptum, et subtractionis a studio mate-
riam subministrat. De verbis et factis secularium
nullatenus te intronittas. Discursus super omnia
fugas: sanctorum et bonorum imitari vestigia
non omittas: non respicias a quo audias, sed
quidquid boni dicatur, memoriae recommenda. Ea

quae agis et audis, fac ut intelligas: de dubiis te certifies, et quicquid poteris in armariolo mentis reponere, satage sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quaesieris. Illa sequens vestigia, frondes et fructus in vineam Domini sabaoth utiles, quamdiu vitam habueris, proferes et produces. Haec si seclatus fueris, ad id attingere poteris quod affectas.



ORATIO EIUSDEM ANGELICI

Concede, quaeso, misericors Deus, quae tibi sunt placita, ardentem concupiscere, prudenter investigare, veraciter intelligere et perfecte implere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

METAPHYSICA SPECIALIS

PARS TERTIA

THEOLOGIA NATURALIS

INTRODUCTIO

* 380. **Discrimen naturalis a supernaturali theologia.** Theologia, si vim vocis spectes, idem significat ac *doctrina de Deo*: etsi enim versatur circa alia, id tamen non praestat nisi pro eo quantum ad Deum ordinatur ut ad principium vel finem. Hoc nomen solet quandoque ab Ecclesiae Patribus adhiberi ad ipsam fidem divinam designandam; communi tamen acceptione, non fidem sed scientiam significat, de rebus divinis scilicet. Porro * de divinis, ait S. Thomas, duplex scientia habetur: una secundum modum nostrum, quae sensibilibus principia accipit ad notificandum divina, et sic de divinis philosophi scientiam traderunt, *philosophiam primam* divinam scientiam dicentes; alia secundum modum ipsorum divinorum, ut ipsa divina secundum seipsa capiantur; quae quidem perfecta in statu

* Numeri marginales praesentis voluminis continuatur cum praecedenti, ut commodior habeatur ratio eos citandi quum opus fuerit.